Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cxxxii.

et exquisitores prudentie
et intelligentie; viam autem
sapientie nescierunt, neque
meminerunt semitarum eius.
O usque quo magna est do
mus dei; et ingens locus
possessionis eius. Magnus
et non habet consummationem;
excelsus et immensus. Ibi
fuerunt gigantes nominati;
illi qui ab initio fuerunt
statura magna scientes
bellum. Non hos elegit dominus;
neque viam disciplinae invenerunt, propter hoc perierunt. Et
quoniam non habuerunt sapientiam: interierunt propter
suam insipientiam. Quis
ascendit in celum et accepit
eam: et deduxit eam de
nubibus? Quis transfretavit
mare et invenit eam,
et attulit eam super aurum
electum? Non est qui sciat
viam eius; neque qui ex
cogitet semitas eius, sed
qui scit universa novit illam,
et adinvenit eam prudentia
sua. Qui perfecit terram in
sempiterno tempore; et adimple
vit eam pecudibus. Vocant
eam et obaudiunt ei cum
tremore: stellae autem dederunt
lumen in custodiis suis et
letate sunt. Vocate sunt
et dixerunt adsum: et lu
xerunt ei cum iocunditate
qui fecit illas. Hic est deus
noster; et non estimabitur alius
ad illum. Hic adinvenit omnem
viam disciplinae; et dedit
eam iacob puero suo. et israel
dilecto suo. Post hoc super
terram visus est, et cum hominibus
conversatus est. tractus.
Sicut cervus. ut supra sabbato

Oremus.
Concede quesumus omnipotens deus; ut qui solemnitate
domini sancti spiritus celebramus,
celestibus desiderii accensi
fonte vivae sitiamus. Do
minum nostrum ihesum xpm filium tuum,
qui tecum vivit et regnat
in unitate eiusdem spiritus.
dicta oratione ista fiant oratione
usque ad sequentem oronem
exclusive sicut in sabbato